² iii AdBeCaPfTbTc; iiii MgVp; ii OaRbVm; *no insc.* EaPt; Non licet presbiterum ministrare in duabus ecclesiis *cp. xxxii add.* Vo

³ que pena maneat presbiterum—ambitione *add.* Pq (*see c. 45*)

44

¹Item ex eodem². Ex concilio Remensi³, cap. viii⁴

Sicut in unaquaque ecclesia presbiter debet esse, ita ipsa que sponsalis⁵ eius dicitur, non potest dividi inter plures⁶ presbiteros, sed unum tantummodo habebit

¹ De eadem re *add. in mg.* Ca

² Item ex eodem OaRb; Item AdBeCaEaMgTbTcVo; Idem Pf; *om.* Pt

³ Ex conc. Rem. AdBe²CaMgPfTbVo; Ex conc. Meldensi Be; Ex (In Vm) eodem conc. EgTcVm; Ex concilio quo supra Oa; Conc. ex quo supra Rb

⁴ cap. viii AdBeCaMgPFRbTbTcVmVo; *om.* Ea; cap. iiii Oa; *no insc.* Pt; cap. iii Sf. Non posse dividi ecclesiam inter plures presbiteros *cap. xliii add.* Vo

⁵ sponsalis CaMgPfTb; sponsa Tc

sacerdotem qui eam caste et sinceriter regat⁷. Unde interdicimus ut nullus presumat ecclesiam inter duos vel⁸ plures dividere, quia Ecclesia Christi uxor et sponsa esse debet non scortum sicut Calixtus papa testatur.

ID 3.49] +C 21 q 2 c 4

⁶ plures *CaMgPfTb; duos Tc

⁷ regat *before* caste Tb, *not* *CaMgPfTc

⁸ inter *add.* Ca, *om.* *FbMgPfTbTc

45

[Que pena maneat presbitero¹ qui suam reliquerit² ecclesiam melioris ambitione]³.

Ex concilio Meldensi, cap. x⁴

Si quis de ordine sacerdotali contemptu minoris ecclesie, ambitiose et improbe ad potioem aspiraverit, canonica erga eum diffinitio conservetur⁵, hoc est ut utraque careat.⁶

ID 3.52] +C 7 q 1 c 32

¹ Que pena man. presb. (presbiterum AdBeCaSfVmVo²) AdBeCaEaMgPfRb²SfVmVo²; Quod man. pena presbitero Tc

² reliquerit BePfRbVmVo; relinquit CaMgTc; reliquit Ad

³ *in mg.* AdBeCaMgMpPfRb²Tc, *in text* Ea(*no inscr.*)SfVmVo(*adding* xliiii); *om.* MoOaPq(*but see c.* 43)PtTbVp

⁴ *no insc.* MoPt

⁵ conservetur *CaMgPfTb; servetur Tc

⁶ Nemini ecclesiam presbitero dare vel auferre absque consensu episcopi sui licet *add in mg with tie mark* Ra

46

[Quod nullus debeat ecclesiam dare vel auferre absque consensu episcopi sui]¹. Ex

concilio Cabillonensi, cap. xlii²

Inventum est quod multi arbitrii sui temeritate et³, quod est gravius, ducti⁴ cupiditate presbiteris quibuslibet absque consensu episcoporum suorum ecclesias dant vel auferunt. Unde oportet ut canonica regula⁵ servata⁶ nullus absque consensu

¹ Quod nullus debeat (debet Sf) - cons. ep. sui (ep. sui cons. Sf) *in mg.* AdBeCaMgMpPfRb²Tc, *in text* SfVmVo(*adding* xlv); Quod nullus debeat dare aut auferre eccl. absque cons. episcopi sui Ea(*no inscr.*); *om.* OaPtTbVp

² xlii *AdCaPfTbTcVo; *corr. fr.* xl to xlvii Mg²

³ et *CaTbTc; vel Be; *om.* AdEaMgPfRb

⁴ ducti *OaTb; deducti AdBeCaEaMgMqPfRbTcVo

⁵ *corr. fr.* ecclesia Mo

⁶ servata *CaMgPfTb; servetur ut Tc

episcopi sui cuilibet presbitero ecclesiam det. Quam si iuste adeptus fuerit hanc non nisi culpa gravi⁷ coram⁸ episcopo canonica severitate amittat.

ID 3.88] +C 16 q 7 c 38

⁷ culpa gravi *AdEaMgMpPfTc; culpam gravi Ca; gravi culpa Tb

⁸ cora Ca

47¹

²*Ex concilio Magontiensi, cap. xxviii³*

Ut⁴ laici presbiteros non eiciant de ecclesiis neque constituent sine consensu episcoporum suorum.

ID 3.87] C 16 q 7 c 37 is widely var.

¹ om. Ea

² Quod laici presbiteros non eiciant neque constituent *add in mg.* Ca

³ xxviii AdBeCaMgPfVm; xxiii OaRb; v Tb; xxvii Tc; xxxviii Vo, *adding* Non posse laicos eicere presbiteros de ecclesiis suis cp. xlvi

⁴ om. Ra

48

Ex eodem concilio¹

Ut nullus omnino munera exigat a presbiteris propter² commendationem³ ecclesie.

ID 3.89]

¹ Ex eod. concilio AdBdBeEgMgTbTcVmVo; Ex concilio eodem cap. v Ca; Ex concilio eodem Cc; Ex concil' Mag' Ea; Ex conc. Magintiensi (Mgunt- Rb) OaRb; Ex eod. capitulo Pf; Eodem concilio Sf. Que - ecclesia *add. in mg.* Ca (*cf. c. 49*); Non debere munera exigi a presbiteris pro adipiscendis ecclesiis cp. xlvii *add.* Vo

² preter *add. ss* Mg²

³ commend- *BeOaTcTb; emend- AdCaEgPfMgMqRbVmVo

49

[Que¹ pena danda sit² presbiteris munera dantibus vel³ pro sua vel pro⁴ alterius ecclesia]⁵. Ex concilio Rothomagensi, cap. v⁶

Sancitum est atque omnibus modis prohibitum ut si quis presbiter inventus fuerit alicui clerico vel laico munera dare aut dedisse, aut aliam⁷ pecuniam tribuere, ut alterius presbiteri ecclesiam vacantem⁸ pretio redimat, pro hac cupiditate seu rapina seu presumptione turpis lucri gratia deiciatur⁹ a clero, et alienus existat a regula¹⁰.

ID 3.90] +C 7 q 1 c 33

¹ Que BeCaEgMpPf Rb²Vm; Quod MgTc

² danda sit BeCaMgPf Rb²TcVm; sit danda EaSf

³ dantibus vel BeCaEaMgPf Rb²TcVm; dedisse Sf

⁴ pro BeEgPfTcVm; om. AdCaEaMgSf

⁵ in mg. AdBeEgMgMpPf Rb²Tc (in mg. to c. 48 Ca), in text VmVo(adding cap. xlvi); om.

MoOaPtTbVp

⁶ Ex conc. - v *AdBeCaEgMgPf RbTbVo; om. EaMo(with no break)Tc; Ex conc. Romagensi cap. v

Oa; Ex concilio Vp

⁷ aliam BeCaPfTbVo; aliquam AdEaEgMg RbTc

⁸ vac- *CaMgTbTc; vag- Pf

⁹ deic- *CaMgPfTc; eic- Tb

¹⁰ sacerdotum add. MoTc, presbiterorum add. ss Eg²Mg², om.

*AdBbBeCaCcDbEaEgLeLgMfMgMhMjMkMmMpObOdOeOfPfPt RbTbVaVmVoBrant

50¹

[Quod presbiter sive quilibet clericus, quecumque² post diem ordinationis sue adquisierit, proprie relinquat ecclesie, nisi ei evenerit, vel alicuius³ dono vel iure hereditario]⁴. Ex concilio Remensi, cap. vi

Investigandum est si nihil patrimonii habens presbiter quando proventus est ad ordinem ecclesiasticum postea emerit predia, cuius⁵ iuris sint⁶, quoniam ecclesie ad quam de nihil⁷ habenti promotus est debent iuxta canonicam auctoritatem esse.

ID 3.94] X 3.25.1

¹ om. EaLc

² quec- AdCaMgPfTcVm; quodc- Sf

³ alicuius AdCaMgPfVm; alio Tc

⁴ in mg. AdBeCaMgPf Rb²(against c. 51)Tc, in text VmVo; om. OaPtTbVp. vi add. in mg. Be²

⁵ cuius *CaMgPfTb; eius Tc

⁶ sint *AdCaMgTbVm; sunt Pf; non sint Tc

⁷ nihil *AdMgMqPf; nihilo BeCaTbTcVm

51¹

²*De eadem re*³. *Ex concilio Arausico, cap. liiii*⁴

Presbiter⁵ cum diocesim tenet, de his que emerit ad ecclesie nomen scripturam
faciat, ut ab eius quam tenet ecclesie⁶ ordinatione non discedat.

ID 3.95] C 12 q 4 c 3

¹ *om.* EaLc

² De eodem *add. in mg.* Ca

³ De eadem re AdBeCaMgOaPfTcVmVp; De eodem Vo; *om.* PtTb

⁴ liiii *MgPf RbTcVmVo(*adding* xlviii); lvii Be; viii Ca; liii SfTb; cap. liiii *om.* Ad

⁵ Resbiter Mn

⁶ eius quam ten. eccl. *AdBeOaTbTcVm; eius eccl. quam ten. CaMg; eiusdem eccl. quam ten. Pf

52¹

*De eadem re*². *Ex concilio Carthaginensi, cap. xlvii*³

Placuit ut episcopi, presbiteri, diaconi vel quicumque clerici qui nihil habentes
ordinantur, et tempore episcopatus vel clericatus sui agros vel quecumque predia sui
nominis⁴ comparant, tanquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur
obnoxii, nisi ad ecclesiam ad quam titulati sunt, eadem ipsa contulerint. Si⁵ autem
ipsis propria liberalitate⁶ alicuius vel successione cognationis⁷ aliquid evenerit, faciant
inde quod velint.

ID 3.96a] C 12 q 3 c 1a, var.

¹ *om.* Lc

² De eadem re AdBeCaEaMgOaPf RbTcVmVp; De eodem (*after corr.*) Vo; *om.* PtSfTb

³ cap. xlvii BeCaMgOaPf RbVmVo(*adding* li); *om.* AdEa; cap. xlv Tb; cap. xxxviii Tc; cap. xlviii Vp

⁴ sui nom. *AdBeCaPfTbTcVmVo; suo nomini Ea; suo nomine Eg²Mg

⁵ Si *AdCaMgPfTc; Sin Tb

⁶ liberalitate *Eg²MgMp; libertate AdBeCaEgMqPf RbTbTcVmVo; largitate Oa

⁷ cognationis *AdCaEgPfTbTcVo; cognitionis Mg; cogitationis Vm

53¹

De eadem re². Eodem concilio cap. xlviii³

Ut⁴ unusquisque presbiter res quas post diem consecrationis adquisierit proprie ecclesie relinquat⁵.

ID 3.96b] X 3.25.3

¹ *om.* Ea

² *et add.* vO

³ De ead. re. Eod. conc. cap. xlviii Tc; De eadem re. Eod. conc. xliii Ad; De eadem re. Ex conc. Carthag. cap. xlviii (xlvii Vm) BeCaVm; Ex concilio Cartag' cap. xlviii. De eadem re Mg; De eadem re. Ex (et VoVp) eodem (concilio *add.* RbVo) cap. xlviii OaRbVo(*adding* cp. lii)Vp; Item idem Pf; Ex concilio Cartag' cap. xlviii PtTb

⁴ Et Oa

⁵ eccl. rel. *CaMgPfTc; rel. eccl. Tb

54¹

[Ut canticum turpe circa ecclesias² non fiat]³. Ex concilio Cartaginensi⁴

Canticum turpe atque luxuriosum circa ecclesias atque in atriis ecclesie omnino contradicimus⁵, quod ubique⁶ vitandum est.

ID 3.77]

¹ *om.* Vp

² -esias Ad²BeCaMgTcVm; oculos Ad; -esia Pf

³ Ut - fiat *in mg.* AdBeCaMgPf Rb²Tc, *originally against c. 53 Mg, in text Ea(no inscr.)Vm*; Turpe canticum non fiat circa ecclesiam Sf; Circa ecclesias canticum turpe vel luxuriosum non debere fieri *add.* Vo; *om.* OaPtTb

⁴ Ex conc. Cart. AdBeCaMgRbTbTcVo(*adding* liii); De eadem re et de eadem concilio, cap. xlviii Pf (*cf* Tc c. 53); Ex conc. Eliberitano cp. i Vm (*cf* c. 55)

⁵ fieri *add.* AdBeCaMgTc, *om.* *OaMqPf RbTb

⁶ est *add.* TbTc, *om.* *AdBeCaMgPfVm

55¹

[Quod pictura in² ecclesiis³ debeat et non debeat fieri diversis respectibus⁴]⁵. Ex concilio Eliberitano, cap. i⁶

Placuit picturas in ecclesiis fieri non debere, ne quod colitur et adoratur in parietibus depingatur⁷.

ID 3.40]

¹ *om.* EaLcVp

² in AdCaMgTcVm; *om.* Pf

³ -iis CaMfPfTcVm; -ia Sf

⁴ et non debeat fieri diversis respectibus AdCaMgVm; et non debeat fieri diversis de causis Be; et non debeat fieri PfTc; fieri diversis respectibus Rb²; fieri et non debeat diversis respectibus Sf

⁵ *in mg.* AdBeMgPf Rb²Tc; *against c. 56 Ca mg.; in text Vm; as rubr. to c. 56 Vo; om.* OaPtTb

⁶ Ex - cap. i AdBeCaMgPfTcVo(*adding* liiii); *om.* Pt; Ex - Elib. Tb; Ex conc. Cartag' Vm (*cf* c. 54)

⁷ -atur *BeCaMgPfTc; -uatur AdTbVo

56¹

*Item de pictura*². *Ex epistola*³ *Gregorii pape Secundino Dei recluso directa*⁴

Aliud est enim⁵ picturam adorare, aliud per picture historiam quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scripturam⁶ hoc idiotis patet⁷ picturam cernentibus⁸, quia in ipsa ignorantes vident quod⁹ sequi debeant, in ipsa legunt qui litteras nesciunt. Unde et precipue gentibus pro lectione pictura est. Quod magnopere tu qui inter gentes habitas attendere debueras ne, dum recto zelo incaute succenderis, ferocibus animis scandalum generares. Frangi ergo non debuit quod non ad¹⁰ adorandum in ecclesiis sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium¹¹ collocatum¹², et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias¹³ non sine ratione vetustas admisit, si zelum discretionem condidisses¹⁴, sine dubio et ea que intendebas salubriter obtinere¹⁵, et collectum gregem non dispergere sed potius poteris congregare, ut pastoris intemeratum excelleret nomen, non culpa dispersoris incumberet.

ID 3.41] De cons. D 3 c 27 med. has Aliud enim est – pictura est

¹ *om.* EaLc

² *Item de pictura* *AdMgMqOaPf RbVm; *De pictura* CaVa; *om.* BePtTb; *Idem de pictura* Tc

³ *Ex epistola* *AdEgMqOaPf RbTbTc; *Epistola* Be; *Exempla* MgVm; *om.* CaPt

⁴ *Secundino Dei (om Mg) recluso directa* AdBeCaMgMqPfVmVo; *Sereno episcopo assiensi* Eg; *Secundino servo Dei recluso* Pt; *servo Dei Secundino recluso directa* Sf; *Sec. servo Dei recluso dir.* Oa Rb; *servo Dei directa recluso before corr.* Tb; *Sereno episcopo Massiliensi directa* Tc [*recte; cf JE 1800, Reg. XI. 10*]; *Quod pictura in ecclesiis debeat et non debeat fieri diversis respectibus lv add.* Vo Rb⁵ enim BeCaMgPfTcVoVq²; *om.* TbVq

⁶ -uram *CaMgPfTb; -ura Tc

⁷ patet *BeCaPfTb; prestat MgTc

⁸ picturam cern. *AdBeCaPfVm; *pictura cern.* MgTc; *cern. picturam* Tb

⁹ quod *MqPfTbVm; quid AdBeCaMgTc

¹⁰ ad *TcTb; *om.* AdBeCaMgMqPfVm

¹¹ fuit nesc. BeMgPfVm; nesc. Tc; nesc. fuit CaTb

¹² collocatum *BeMgMqTcVm; collatum AdCaPfTb

¹³ -rias *CaMgPfTb; -riam Tc

¹⁴ condidisses AdBeCaTbTcVo; credidisses MgPf; condidisses Vm

¹⁵ poteris *add.* Mg, *om.* CaPfTbTcVm

57¹

[*Quod debeat dari decima et² de peccoribus et de omnibus terre fructibus³]*⁴. *Ex concilio Magontiensi, cap. xxxviii*

Admonemus⁵ atque precipimus ut decimas⁶ omnino Deo dare⁷ non negligantur⁸ quas Deus⁹ dare¹⁰ constituit¹¹, quia timendum est ut quisquis Deo suum debitum abstrahit, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua¹².

ID 3.197] +C 16 q 2 c 2 Palea

¹ *om. Ea*

² et AdMgPfCm; *om. Tc*

³ omn. terre fruct. MgPfTcVm; terre fruct. omn. Be; fruct. terre Sf

⁴ *in mg. AdBeMgPfTc, in text SfVmVo(adding lvi); xiiii. De decimis in mg. Bd²Db, and in text Db; Ut decime dentur in mg. Ca; Quod debeat decimari et de peccatoribus et de omnibus terre fructibus in mg. Rb²; om. OaPfTbVp. vii add. in mg. Be²*

⁵ Admon- *AdBeCaMgPfTbVo; Dein mon- Oa; Ammonuimus Rb; Mon- Tc

⁶ decimas *AdBeCaMgTb; decime PfTc

⁷ omnino Deo dare Vm; omn. dare AdBeCaTb; omn. dare Deo Mg; Deo omn. dare Mq; omn. dari Pf²Vo; omn. dari Deo Tc

⁸ -antur PfTc; -ant AdBeCaMg; -atur Mq; -atis Tb

⁹ ipse *add. *Mg, om. AdCaMqPfTbTcVm*

¹⁰ dare CaMgPfTb; dari Tc

¹¹ const- *CaMgPfTc; inst- Tb

¹² sua *AdBeRbTbTcVmVo; *om. CaMgPf*

58¹

²*Ex concilio Rothomagensi, cap. iii³*

Omnes decime terre sive de frugibus⁴ sive de pomis arborum, Domini sunt, et illi⁵ sanctificantur. Boves et oves et capre que sub virga pastoris transeunt⁶, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino⁷. Non eligetur nec bonum nec malum nec altero⁸ commutabitur. Si quis mutaverit et quod mutat et quod mutatum est sanctificabitur Domino, et⁹ non redimetur. Sed quia multi inveniuntur modo decimas dare nolentes, statuimus ut secundum Domini nostri Iesu Christi preceptum¹⁰

¹ *om. LcVp*

² Quod debeat dari decima de pecoribus et de omnibus terre fructibus *add. in mg. Ca; De decimis dandis in text Ea; De eodem add. Vo*

³ cap. iii *AdBeCaMgOaPfTcVo(adding lvii); *no insc. EaPt; cap. xxxviii SfTb; om. Vm*

⁴ frugibus *CaEaMgPfTb; fructibus Tc

⁵ illi *CaMgPfTc; ipsi Tb

⁶ et *add. CaTb, om. *BeMgPfTc*

⁷ sanct. Dom. *CaPfTbTc; Dom. sanct. Mg

⁸ altero *CaMgPfTb; aliud Tc

⁹ et CaMgTbTc; *om. Pf*

¹⁰ preceptum *CaMgPfTc; imperium Tb

admoneantur semel et secundo et tertio. Si non emendaverint anathematis vinculis¹¹
constringantur usque ad satisfactionem et emendationem congruam.

ID 3.196] +C 16 q 7 c 5, incl. Palea

¹¹ anat. vinc. *CaPfTbTc; vinc. anat. Mg

59¹

*[Quod episcopi et abbates debeant² dare decimas]³. Ex concilio Cabilonensi⁴, cap.
xviii⁵*

Questi⁶ sunt preterea⁷ quidam sancti⁸ quod⁹ essent aliqui episcopi et abbates
qui decimas non dare sinerent¹⁰ ad ecclesias ubi illorum coloni missas¹¹ audiunt.
Proinde decrevit sacer iste¹² conventus ut episcopi et¹³ abbates de agris et de¹⁴ vineis,
que ad suum vel fratrum stipendia¹⁵ habent, decimas ad ecclesias deferri¹⁶ faciant.
Familie vero ibidem decimas suas ferant ubi infantes eorum baptizantur et ubi per
totum anni circulum missas audiunt.

ID 3.198] C 16 q 1 c 46

¹ om. Lc; after c 61 LeMqVc, after c 60 Mk; inserted in mid- c 61 without a break at end Mh

² -eant AdBeCaMgPfTcVm; -ent EaSf

³ in mg. AdBeCaMgMpPf Rb²Tc; in text Ea(no inscr.)SfVmVo(adding lviii); om. OaPtTbVp

⁴ Capuan' Pt

⁵ This is the last rubric in Rb, which still has mg. rubrics for a while

⁶ Questi *CcMfMjMpMqOaPtRaRbTbVm; Conqu- AdBbBdBeCaEgMgPdPfRaQaTcVoVpWc

⁷ presbiteri Mn

⁸ sancti *OaRbTbVm; fratres EaMfMgMjMpQaRa; om. AdBeCaEgMoMqPdPfTcVoWc; facti Pt;
quid. sancti om. Mn

⁹ facti add. Tc, om. *BeCaEaEgMfMgMjMoMpPfPtQaTb

¹⁰ non dare sin. AdEaEgPfVm; non sin. dare BeCaMgMq; dare non sin. OaRbTbTc

¹¹ misas Tb

¹² add. ss Be²

¹³ et *BeCaMgPfTc; om. Tb

¹⁴ de *BeCaMgPfTb; om. Tc

¹⁵ suum vel fratrum stip. *MgOaRbVm; usum et stip. AdBeVo; usum vel stip. CaEgPfTbTc; usum
suum vel fratrum stip. Ea; (usum et fratrum ss) stip. Mo; usum suum vel stip. fratrum Mq; usum vel
fratrum stip. Qa; usum fratrum stip. Vp

¹⁶ def- *BeCaMgPfTc; aff- Tb

60¹

[*Quod auctoritate veteris legis danda sit² decima*]³. *Ex concilio Magontiensi, cap. viii*⁴

Decimas Deo et sacerdotibus Dei⁵ dandas Abraham factis Iacob promissis insinuat. Deinde⁶ lex statuit et omnes doctores sancti commemorant, et profecto dignum⁷ erat, ut Israhelite decimas pecorum et frugum⁸ et omnium primitiarum Domino⁹ darent, qui eos¹⁰ liberaverat a decem plagis quibus percussit Egiptios¹¹, et in novissima plaga primogenita cunctorum disperdidit, gratiamque suis¹² prestitit, ut impetratis pecuniis spoliarent Egiptum. De quibus decimis Augustinus doctor venerabilis¹³ dicit¹⁴, Decime ex debito requiruntur. Quid¹⁵ si diceret Deus, nempe meus est homo¹⁶, mea est terra quam colis, mea sunt semina que spargis, mea animalia que fatigas, meus est solis calor, et cum omnia¹⁷ mea sint tu qui minus accommodas, solam decimam vix merebaris, sed reservo tibi novem, da mihi decimam. Si non dederis mihi¹⁸ decimam auferam tibi novem. Si¹⁹ dederis mihi²⁰ decimam multiplicabo novem. Cum itaque Iudaicus populus preceptum decimarum tanta diligentia observaret ut²¹ de quibusque²² minimis rebus, ruta videlicet et mentha et cimino²³, ut ipse Dominus testatur²⁴, decimam daret, cur non maiori studio plebs

¹ *om. Lc*

² *sit AdBeCaEaMgPfTcVm; est Sf*

³ *in mg. AdBeCaMgMpPf Rb²Tc; in text Ea(no inscr.)SfVmVo(adding Iviii); om. OaPkPtTbVp. Tc add: Abraham, victis quinque regibus, obtulit Melchisedech decimas*

⁴ *Mag. cap. viii *AdCaMgPfTbVm; Toletano Tc*

⁵ *Dei MgPfTbTc; om. Ca*

⁶ *et add. Tc, om. *CaMgPfTb*

⁷ *profecto dignum *MgOaRbVmVp; preceptum Ad²BeCaEaTb; profectum (preceptum ss) Eg; profectum MqPf; profecto dignum et preceptum Tc; prophetatum Vo, profectus Vo²*

⁸ *et frugum *CaMgPfTb; om. Tc*

⁹ *Domino *CaMgPfTb; om. Tc*

¹⁰ *qui eos *CaMgPfTb; quia eos Deus Tc*

¹¹ *perc. Eg. *CaMgPfTb; Eg. perc. Tc*

¹² *suis *CaMgPfTc; om. Tb*

¹³ *doct. ven. *CaMgPfTb; ven. doct. Tc*

¹⁴ *dicit *CaMgPfTc; ait Tb*

¹⁵ *Quid CaMgPfTb; Quod Tc*

¹⁶ *est homo *CaPfTc; es o homo Mg; es homo Tb*

¹⁷ *omnia *CaMgTbTc; om. Pf*

¹⁸ *mihi CaMgPfTbTc; om. Ad*

¹⁹ *non add. Ca, vero add. Tc, om. *AdBeMgPfTbVm*

²⁰ *mihi *CaMgPfTc; om. Tb*

²¹ *ut *CaMgPfTb; et Tc*

²² *quibusque Ad²Mq²PfTb; quibus Ad; quibuslibet Be; quibuscumque CaMgMqTc*

²³ *cim- *BeCa²Tb; cum- AdCaMgMqPfTcVm*

²⁴ *Dom. test. *Ca³MgPfTbTc; test. Dom. Ca*

evangelica eadem impleat iussionem, et cui maior numerus est²⁵ sacerdotum et sincerior cultus sacramentorum? Ideo ergo dande sunt ut hac devotione Deus placatus largius prestet que necessaria sunt, sicut superius ostendimus²⁶. Et ut sacerdotes ac²⁷ ministri²⁸ ecclesie cura et sollicitudine necessitatum corporalium, sine quibus hec vita transigi non potest, relevati liberiores fiant ad meditationem divine legis et doctrine administrationem atque spiritualis servitutis voluntariam²⁹ expletionem³⁰, et ut munus³¹ populi in cotidiana oblatione Domino immoletur, nec non³² statuta canonica³³ in sustentatione³⁴ pauperum et restauratione³⁵ ecclesiarum proficiant. Quatuor enim partes iuxta canones fieri³⁶ de fidelium oblationibus debent³⁷, ut una sit episcopi, altera clericorum, tertia pauperum, quarta restaurationi ecclesiarum servetur³⁸.

ID 3.199] +C 16 q 7 c 6 has first two lines only

²⁵ num. est TbTc; est num. AdBeCaMgPf

²⁶ ostendimus *BeCa²MgPfTb; diximus CaTc

²⁷ sacerdotes ac Ad²BeCaMgPf; sacerdos ac AdVm; sacerdos et Tb (*after corr.*); sacerdotes et Tc

²⁸ ministri *BeTcVm; magistri AdCaMgPfVo; magister Tb. (mag. et sacerdos *before reversal* Tb)

²⁹ voluntariam *BeTbVm; *om.* AdCaMgPfTcVo

³⁰ sp. serv. exp. *over erasure* Ca

³¹ ut munus *BeCa²EgTc¹; ut minus CaMgTc; ut unius Ad²Pf?Vo; ut in unius Mq; ut non minus Rb; munus Tb

³² nec non *AdBe²CaMqPfVo; secundum Ca²; nec non secundum Mg; nec non iuxta Ad²TbTc

³³ stat. can. *CaMgPfTc; can. instituta Tb

³⁴ -atione CaPfTbTc; -ationem Mg

³⁵ -ione CaPfTbTc; -ionem Mg

³⁶ iuxta can. fieri PfTbTc; fieri iuxta can. CaMg

³⁷ obl. deb. CaMgPfTb; deb. obl. Tc

³⁸ quarta restaurationi ecclesiarum (ecclesie Rb) servetur OaRbTb; quarta ad restaurationem ecclesiarum AdCaCcLgMfMgMjMpPdPfTcVmVoVpWc; quarta ad restituendam ecclesiam BdEgMoObOeOfPfRaVaWd; quarta ad restaurationem ecclesie BeOdSIVo*Branit*; et restaurationem ecclesiarum proficiant Ea; quarta ad restaurationem ecclesiarum (eccl. rest. Mm) fabricae applicanda LeMhMkMmMq; quarta edificandum Mn

61¹

[Quod tres partes debeant fieri de² decimis, due clero, tertia episcopo]³. Ex⁴ concilio

Toletano⁵

De his⁶ que ad ecclesiam a parochianis offeruntur in terris, in vineis, in mancipiis, pecuniis, antiquorum canonum instituta servantur, ut omnia in episcopi

¹ *om.* EaLcMn; *after c 62* Vp

² de AdBeCaMgPfTcVm; *om.* Sf

³ *in mg.* AdBeCaMgMpPf Rb²Tc, *in text* VmVo(*adding lx*); *om.* OaPtTbVoVp. Fabricae applicande *in mg.* Bb

⁴ Ex AdBeCaMgPfTb; De MoTc

potestate consistant. De his autem que altaribus offeruntur, tertia pars fideliter episcopis⁷ deferatur⁸, due clericis⁹. Decime autem secundum quosdam singulis annis tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos¹⁰ sequentes Romanos¹¹, singulis annis quartam partem, aut in quarto anno totam episcopi recipiant¹².

ID 3.202] C 10 q 1 c 7 var. to episcopis deferatur

⁵ cap. viii *add.* SfTb, *om.* *AdBeCaMgOaPfTcVmVo; *no insc.* Pt; Mk *runs this on without a break from c. 59 (qv)*

⁶ his *MgPfTbTc; illis Ca

⁷ fid. ep. CaMgPfTc; ep. fid. Tb

⁸ *Le ends cap. here, but adds* eoiscopis deferatur. Due clericis – recipiant *to end of cap. 59*

⁹ due clericis *CaMgMkMoPfTb; due clerici Mh; *om.* Tc

¹⁰ Sed tamen nos] Si non Oa

¹¹ precipimus ut *add.* Tb, *om.* *AdCaMgMoMpPfTcVm

¹² due clericis – rec. *in mg.* Vc²

62¹

Ex concilio Mediomatricis, cap. iii²

Decime³ quas populus dare non vult, nisi quolibet munere ab eo⁴ redimantur, ab episcopis prohibendum est ne fiat.

ID 3.200] +C 16 q 7 c 7

¹ *om.* EaLc

² Med. cap. iii (xiii Be, iiii Oa) *Be²CaMgOaPfTbVmVo; Med. cap. Ad; Toletano Pt; Mediolanensi MoTc. Ne munera pro decimis dandis exiguntur ep. lxi *add.* Vo

³ Decime AdBeCaMqOaPfPtTcVmVo; De decimis MgMpTb; De his Rb; Decimas Vq; Decimis Vp

⁴ ab eo *MqOaRbTcTbVm; *om.* AdBeCaMgMpPfVp

63¹

[Quod res ecclesie duplici iure possideantur, divino et humano]². Augustinus super Iohannem, parte prima, tractatu vi³

Quo iure defendis villas ecclesie, divino an humano? Divinum ius in scripturis habemus, humanum in legibus regum. Unde quisque⁴ possidet quod possidet? Nonne iure humano? Nam iure divino Domini est terra et plenitudo eius. Pauperes et divites Dominus ex uno limo fecit, et⁵ pauperes et divites una terra subportat. Iure ergo

¹ *om.* Lc

² *in mg.* AdBeCaMgPf Rb²Tc; *in text* EaSfVmVo(*adding* lxii); xv. De legitima possessione ecclesiarum *in mg.* Bd²; De decima possessione *in text*, De legitima possessione *in mg.* Db; Quod tres partes debeant fieri de decimis Pt; De legitima possessione Vp; *om.* OaTb

³ tractatu vi *CaMgPfVmVo; Aug. – Ioh. *only* Ad; tractatu vii BeSfTb; Aug. *only* Ea; *om.* Eg; tractatus Tc. *No insc.* Pt

⁴ quisque *AdBeMgPfTb; unus quisque Tc; quis Ca

⁵ et *CaPfTbTc; *om.* Mg

humano dicitur, Hec villa mea est, hec domus mea est, hic servus meus est. Iura ergo⁶ humana, iura imperatorum. Quare? Quia ipsa iura humana⁷ per imperatores et reges seculi Deus distribuit⁸ generi humano. Item. Tolle iura imperatoris, et quis audebit dicere, Mea est illa villa, meus est iste servus, mea est ista domus? Si autem ut teneantur ista ab omnibus⁹, iura acceperunt regum, vultis ut¹⁰ recitemus leges ut gaudeatis?¹¹ Item. Relegantur leges ubi manifeste¹² preceperunt imperatores eos qui propter ecclesie catholice¹³ communionem usurpant sibi nomen Christianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine ecclesie audeant possidere. Sed quid nobis et imperatori? Sed, etiam ut¹⁴ dixi, de iure humano agitur¹⁵, et tamen apostolus voluit serviri¹⁶ legibus¹⁷, voluit honorari¹⁸ reges et dixit, Regem veremini¹⁹. Dicere noli, Quid mihi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum possidentur possessiones²⁰. Dixisti, Quid mihi et regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ad²¹ ipsa iura renuntiasti²² humana, quibus possessiones possidentur²³.

ID 3.194] D 8 c 1

⁶ sunt *add.* Tc, *om.* *AdCaMgPfTb

⁷ iura hum. *RbTbTcVm; hum. iura AdBeCaMgPf

⁸ Deus dist. *AdTbTcVm; dist. Deus CaMgPf

⁹ omnibus MgPfTbTc; hominibus Ca

¹⁰ ut CaMgPfTc; *om.* Tb

¹¹ gaudeatis *MgPfTbTc; audiatis Ca

¹² ubi man. *CaMgPfTc; ibi (man. *in mg.*) Tb

¹³ eccl. cath. *MgTbTc; cath. eccl. CaPf

¹⁴ ut CaMgTc; *om.* Pf

¹⁵ Sed quid - agitur *CaMgPfTc; *om.* Tb

¹⁶ -iri *Tb; -ire AdCaMgPfTcVm

¹⁷ legibus BeMgMqPfTbTcVo; regibus Ad²Ca

¹⁸ -ari *MgPfTbTc; -are Ca

¹⁹ veremini MqPfTbVm; veneremini AdBeCaMgTc; uremini Rb; reveremini Vo

²⁰ possid. possess. *CaMgPfTc; possess. possid. Tb

²¹ ad *TbVm; *om.* AdCaMgPfTc

²² iura ren. *CaMgPfTb; ren. iura Tc

²³ possess. possid. *CaMgPfTb; possid. possess. Tc

64¹

[*Quod est legitimum tempus ecclesiastice possessionis*]². *Ex concilio Chalcedonensi, cap. xvii*³

Per singulas ecclesias⁴ rusticanas, parochias⁵ sive possessiones manere immobiles apud eos⁶ qui eas⁷ retinent episcopos et maxime qui eas sine violentia iam per triginta annos tenentes gubernaverunt⁸. Si vero intra triginta annos⁹ facta fuerit aut fiat de his altercatio¹⁰, licere¹¹ eis qui se dixerint lesos propter eas¹² movere¹³ apud sinodum provincie certamen¹⁴.

ID 3.106a] C 16 q 3 c 1

¹ om. Lc

² Quod - poss. in mg. AdBeCaPf Rb²Tc, in text LeMqVmVo(adding lxiii) (Mq has rubrics inserted in text from here on, in black, having had very few indeed beforehand); Quod – poss. De legitima possessione (no inscr.) in text Ea; De legitima possessione quod est legitimum tempus ecclesiastice possessionis in mg. Mg; om. OaPtTbVp

³ viix Ad; xlviii Pt

⁴ Per sing. eccles.] Singularum ecclesiarum Pt

⁵ placuit add. Pf, om. *AdCaMgTbTc

⁶ eos *CaMgTbTc; eas Pf

⁷ ss Ad

⁸ decernimus add. ss Eg

⁹ tenentes – annos in mg. Ad²

¹⁰ de his alt. *CaMgPftb; alt. de his Tc

¹¹ licere *MgTb; licet CaPfTc

¹² eas *CaMgPftb; eos Tc

¹³ here *CaMgPftb, before certamen PfTc

¹⁴ decrevimus add. MgVp, om. *AdBeCaCcMqPftbTcVmVo

65¹

²*De tricennali possessione*³

Gelasius Romane ecclesie episcopus fratribus qui in Sicilia sunt constituti. Illud etiam annecti placuit, ut si, quod absit, facultates ecclesie nec non et dioceses ab aliquibus⁴ possidentur episcopis⁵, iure sibi vindicent quod tricennalis lex conclusit⁶, quia et filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare quod legum tempus exclusit⁷.

ID 3.144, cf 147b, 212A] C 16 q 3 c 2, as here in earlier version, cf C 13 q 2 c 1 from Facultates

¹ om. EaLc

² De eodem add. in mg. Ca

³ De tric. poss. AdBeCaMgMqOaPfTcVmVo(adding lxiiii)Vp; Gelasius papa capitulo ii Pt; om. RbTb. Ex decretis Gelasii pape add. Tc

⁴ aliquibus *AdBeCaEgMqOaPftbVo; vel aliis quibusque Eg²; aliis quibusque MgQa; aliis quibus Tc

⁵ -opis *AdBeMgPftb; -opi CaTc

⁶ -usit *AdBeCaMgVo; -udit PftbTcVm

⁷ -usit *AdBeCaMgPf Rb²Tb; vel exclusit vel eduxit Pt; -udit RbTc

66¹²Gregorius³ Petro subdiacono⁴

Si monasterium⁵ sancti Theodori fines, de quibus causatio commota est, inconcussis⁶ quadraginta annis possedis⁷se reppereris, nullam deinceps, etiamsi quid sancte Romane ecclesie competere⁸ potuit, patiaris sustinere calumniam, sed quietem eorum modis omnibus procurare⁹.

ID 3.146; for the version of Pt cf AL 5.57, Deusdedit 3. 92] C 16 q 4 c 2 has more at beginning and end, as IIII

¹ om. Lc

² De eadem re *add. in mg* Ca

³ papa *add.* Tc, *om.* *AdCaEaMgPfTbVm

⁴ -onus Pt; De eodem cp lxxv *add.* Vo

⁵ prephatum *add.* Pt

⁶ inconcussis *AdMgPfTcVm; incussis Ca; inconcusse Tb

⁷ possedis⁷se *CaMgPfTb; possidere Tc

⁸ utiliter conferre *add. ss* Eg

⁹ sed quietem - procurare *AdBeCaCcEaQaTbVmVoWc; sed quietem - procurare (studeas *ss*) inconcussam Eg; sed quietem - procura MgMqPf; sed quietem - procurare studeas OaRb; Si vero monstratum fuerit intra tempora hec aliquam motam fuisse questionem eorundem finium electis arbitris tranquille et legaliter sopiatur Pt; sed quietem - procurare inconcussam debes Tc; sed quietem - procurare debes VpWd

67¹²Ex concilio Avernensi³ de⁴ diocesi per triginta annos⁵ possessa⁶

Quicumque episcopus alterius episcopi diocesim⁷ per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit, quamvis⁸ secundum ius legis eius videatur⁹ esse diocesis admittenda non est contra eum actio¹⁰ reoscedendi¹¹, sed hoc intra unam parochiam, extra vero nullo modo, ne dum diocesis defenditur, provinciarum termini confundantur.

ID 3.131, 5.175] C 16 q 3 c 4

¹ om. Lc

² Quod tricennalis possessio firma sit *in mg.* Pf (*cf c. 68*); *no rubr. or inscr.* Ea; De eadem re Ca *mg.*

³ Avernensi MgTcVp; Ariminensi Ad; Arruvensi BePfTb; Arrunsi Ca; Tolet. IIII cap. xxxii Eg; Arrunensi MqVm; Advernensi Oa; Arvernico Qa; Arruensi Sf; Arunensi Vo

⁴ de BeCaMgMq²PfTcVm; *om.* AdMqTb

⁵ annos AdCaMgPfTbVm; annorum spacia Tc

⁶ lxxvi *add.* Vo

⁷ id est parociam *add. ss* Ln²

⁸ quamvis CaPfTbTc; quia Mg

⁹ -eatur CaPfTbTc; -etur Mg

¹⁰ actio *MgPfTbTc; auctio Ca

¹¹ reoscedendi *BeCcEaEgMgMqOaQaTbVmVoVp²Wc; respondendi (vel reoscedendi *add. ss* AdCa) Ad CaPFRbTc; poscedendi Vp

68¹

[Quod tricennalis² possessio firma sit]³. Ex concilio Toletano, cap. xxv⁴

Sicut diocesim⁵ alienam tricennalis possessio tollit, ita territorii conventum non admittit⁶. Ideoque basilice que nove condite⁷ fuerint⁸, ad eum procul dubio episcopum pertinebunt cuius conventus esse constiterit.

ID 3.212] C 16 q 3 c 3 to admit only

¹ om. Lc

² tricenna Ad

³ Quod - sit in mg. AdCaRb²Tc; in text EaLeMgMqOaVmVo(adding lxvii); against c. 67 Pf; om. BePtTbVp

⁴ Ex - xxv AdMgPfTbTcVm; om. Ea; Ex eodem concilio cap. xxxv Eg; Ex - Tol. Qa

⁵ dicesim Mg

⁶ admittit CaEg(vel admit ss)MgPfTb; amittit Tc

⁷ condite *CaMgTbTc; om. Pf

⁸ -erint *MgPfTb; -erunt CaTc

69¹

[Quod ecclesia que possidet² iuramento probare debeat³]⁴. Gelasius Iusto⁵ episcopo

Dilectio tua⁶ quesita omnium fidelium⁷ fideliter⁸ rerum veritate⁹, si de spatiis quibus memoratur orta contentio¹⁰, definitio¹¹ dudum certa processit¹², intemerata servetur. Alioquin, si nihil unquam constiterit terminatum, nunc de perscriptione¹³ temporum, si qua pars fudit¹⁴ prebeat sacramentum, ut tamen¹⁵ que hactenus possedissee perhibetur iusiurandum sinatur afferre¹⁶.

ID 3.135, cf 6.105] C 16 q 3 c 7

¹ om. EaLc

² possidet AdCaMgPfTcVm; tenet Sf

³ prob. deb. AdCaMgPfTcVm; proset Sf

⁴ in mg. AdBeCaMgPf Rb²Tc; in text SeSfVmVo(adding lxvii); om. MqOaTbVp

⁵ Iusto *AdBeCaMgPfSeTcVm; Iustino SfTb

⁶ studeat add. MgMoTcVo, om. *AdBeCaDbMqPfrbSeTbVm

⁷ om. BeVo

⁸ fideliter *BeDbMgMq²OaSeTbVmVo; firmiter AdCaPfTc; fidelium Mq

⁹ ut add. MgTc, om. *CaDbPfTbVm

¹⁰ et add. Mg, om. *CaDbPfTbTc

¹¹ tua add. Pf, om. *CaDbMgTbTc

¹² -essit *CaPfTbTc; -essert Mg

¹³ persc- PfRbTb; presc- BeCaMg; prosc- AdTc

¹⁴ fudit AdBeMgTb; fidei CaPfTc

¹⁵ ut tamen *CaCcMgTbTc; de his Pf

¹⁶ aff- AdBdCaCcEgMgMoSeTbTc; off- Ad²Pf; offerre Rb

170

[Que penitentia sit danda incentoribus ecclesiarum]². Ex decretis³ Iulii pape

Si quis ecclesiam comburit, quindecim annos peniteat, et eam sedule restituat, et pretium suum pauperibus tribuat.

ID 3.127] +C 17 q 4 c 14, Palea

¹ Mn resumes; added at head of leaf Vc²; LeMq have rubric but neither insc. nor text for cap. 70

² Que pen. – incent. (incensibus AdMg) eccles. in mg. AdBeCaMgTc, in text Ea(no insc.)LeMq(in black)SfVm; Que pen. sit danda Pf; Que pen. incentoribus ecclesiarum sit danda Pt; Que pen. danda sit incendiariis Rb³ in mg.; Que pen. sit danda crematoribus lxviii Vo; om. OaTbVp

³ -etis AdCaMgPFTb; -eto TcVm

71¹

²Ex concilio³ Magontiensi, cap. vii⁴

Quisquis fastu⁵ superbie elatus domum Dei ducit contemptibilem, et possessiones Deo sacratas atque ad⁶ honorem Dei sub regie munitatis⁷ defensione constitutas, inhoneste tractaverit vel infringere presumpserit, aut incendia vel vastationes ausu temerario perpetraverit, quasi invasor et violator ecclesie Dei, que est domus Dei vivi, communionem omnium fidelium abscidatur.

ID 3. 125] +D 30 c 9 widely var.

¹ whole canon in upper mg. Tc

² De invasoribus ac vastatoribus rerum ecclesiasticarum add. Ea(no insc.)Vo

³ decreto Ad

⁴ lxxviii add. Vo; cap. vii om. Be

⁵ Quisquis fastu] Si quis fatu (after corr.) Pk; Si quis fastu Rb

⁶ ad CaMgTbTc; om. Pf

⁷ regie munitatis AdCaEaMqPFTcVoVp; rege mun. Mg; regie emunitatis BeOaTbVm; regie eternitatis Rb

72¹

²[Quid faciendum sit de³ raptoribus ad ecclesiam confugientibus]⁴. Ex⁵ concilio Calcedonensi⁶, cap. iii⁷

¹ om. Lc

² viii in mg. Be²

³ ss Be²

⁴ in mg. AdBeCaLdPf Rb²Wc, in text Ea(no insc.)LeLmMqSfVmVo(adding lxx); om. LfOaPtTbTc; (xvi add. Bd) De confugientibus ad ecclesiam in mg. (also in text Db, with De rapt. conf. ad eccl. quid fac sit below Lj) BdBcDbLj, in text Vp; De fugientibus ad ecclesiam. Quid - confug. Mg mg, in text MmMo

⁵ Ex AdBeCaCbLdLfLjLmMgPFTbWc; De Tc

⁶ Calc. BeCaCbLdLfLjLmMoOaPFTbTcVmWc; Calcedonensi Ad; Aureliani Eg; Aureliano Mg; vel Aurelianensi add. ss Ra²; Aurelianensi Vp

De raptoribus autem feminarum⁸ id constituendum esse censuimus⁹, ut si ad ecclesiam raptor¹⁰ cum rapta¹¹ confugerit¹², et feminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, et parentibus reddatur, et raptor mortis vel penarum¹³ impunitate concessa, liberam habeat eundi facultatem¹⁴. Si vero parentes mulieris ecclesiasticis viris obedire noluerint, excommunicentur.¹⁵

ID 3. 108] C 36 q 1 c 3 is widely var.

⁷ iii BeLmMoMqOaPftbTc; iiiii AdCaCbLdLfljPtVoWc; ii Eg?MgVm; Ex - iii om. Cc. Calc. conc. only Qa

⁸ De—feminarum om. Pq

⁹ const. esse cens. *Ad²BeCa²EgLdMgPftPtQaVmWc; const. esse censeamus Ad; const. cens. Ca; constituimus Tb; constitutum esse cens. Tc

¹⁰ ad eccl. raptor *AdBeCbCcLdLfljLmMgPftbTcWc; raptor ad eccl. Ca

¹¹ rapta *AdBeCaLdMgPftPtQaTbTc; raptura Lf

¹² confugerit AdBe²CaCcLdLjLmMfMgMhMjMkMmMnMoPdPftPtQaRaTbWc; fuerit Be; fugerit CbDbLfTc

¹³ vel penarum *AdBeCaEgLdMgMoPftPtTcWc; penarum Lm; om. Tb

¹⁴ lib. hab. eundi fac.

AaAbAdBdBcCaCbCcDbEaEbEcFcGcKaLbLdLeLfljLmMfMgMhMjMkMmMqOaObOeOfPdPff kPtPwQaRaRbSdSeSgTbVaVmVpWaWbWcZa; lib. hab. abeundi fac. Mn; lib. eundi hab. fac.

OdVoVosm.; aut serviendi conditione subiectus sit aut redimendi se (liberam habeat add. Eg²) facultatem EgTcVt(with Hispana, C. Orleans [511], c. 2, against BD 3.191, ID). lib. eundi fac. hab. Brant, Migne. Eg²Ra continue: Si vero que rapitur patrem habere constiterit, et puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur et raptor a patre superioris conditionis satisfactione <vel non> teneatur obnoxius. For liberam habeat eundi fac. Mo has aut serviendi conditionem subtilisset (? add. ss) aut redimendi se (et sic add. ss) liberam habeat (eundi add. in mg.) facultatem. Si vero que rapitur patrem habere constiterit, et puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur, et raptor a patre superioris conditionis satisfactione non teneatur obnoxius.

¹⁵ Si vero - excommunicentur at foot of leaf with tie mark Mo²

73¹

[Qua ratione sint² reddendi³ ad ecclesiam confugientes]⁴. Ex eodem concilio⁵, cap.

iii⁶

Servus qui ad ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si a domino pro commissa culpa⁷ ecclesiasticum⁸ sacramentum susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur, et postquam dato sacramento domino suo⁹ fuerit consignatus¹⁰, si

¹ om. Lc

² sint AdCaMgPftTcVm; sunt EaSf

³ servi add. Pf; om. AdBeCaEaMgSfTcVm; sint redd. after confug. Vo

⁴ in mg. AdBeCaMgPftTc; in text Ea(no inscr.)LeMnMqSfVmVo(adding lxxi); om. OaPtRbTbVp

⁵ eod. conc. BeCaPftTcVo; concilio Calcedonensi AdMqOaSeSfTbVm; conc. eod. Mg

⁶ iiiii AdBeCaMqPftTb; iii MgSeSfTcVm; vii Vo. Ibidem only Pt

⁷ si a domino – culpa in mg. Mq²

⁸ -icum *CaPftTc; -ici Mg

⁹ dato sac. dom. suo*CaMgPftTb; dom. suo dato sac. Tc

¹⁰ restitutus Ra; vel consignatus in mg Ra²

aliquid pro eadem culpa qui accusatur probatus fuerit¹¹ pertulisse, pro contemptu ecclesie et prevaricatione fidei a communione¹² catholicorum, sicut superius comprehensum est, extraneus habeatur. Si vero servus pro culpa sua ab ecclesia defensatus, sacramentum domini sui clericis¹³ exigentibus, de impunitate perceperit, exire nolentem a domino liceat¹⁴ occupari.

ID 3. 109] +C 17 q 4 c 36b is var.

¹¹ fuerit *CaMgPfTb; om. Tc

¹² communione *CaMgPfTb; communicatione Tc

¹³ clericis *BeTbTcVm; cleris AdCaMgMqPf

¹⁴ -eat *CaMgPfTb; -et Tc

74¹

²*Gelasius³ Bonefacio episcopo⁴*

Servus post sacramentum sibi prestitum reddatur invitus⁵.

ID 3.115 end] +C 17 q 4 c 32 at end

¹ om. EaLc

² De eodem *add. in mg. Ca, in text Vo*

³ papa *add. PtTc, om. *AdCaMgPfTb*

⁴ ex concilio apud Theodonisvillam cap. ix (xi LeOa) *add. LeOaSe, apud villam Theodonis cap. x add.*

Tc, Ex concilio apud Theodonis *add. Vm (cf c. 75), om. *AdBeCaMgPfTbVp, lxxii add. Vo*

⁵ Servus - invitus *om. Se*

75¹

²*Ex concilio apud Theodonis villam, cap. xi³*

Servum⁴ confugientem ad ecclesiam, seu in atrium ecclesie, aut in officinas regularium fratrum vel in curtem, aut in domum episcopi, quia hec in antiquis canonibus pro emunitate tenentur, nemo abstrahere audeat, neque inde donare aut⁵ ad penam vel ad⁶ mortem, ut honor Dei et sanctorum eius pre omnibus conservetur. Sed rectores ecclesiarum pacem et vitam ac membra ei⁷ cum iuramento obtinere studeant. Tamen legitime componat quicquid inique fecerat, et si insecutor magistris ecclesie obedire noluerit, canonicè constringatur.

ID 3.111] +C 17 q 4 c 9 is very remote

¹ om. Lc

² De eodem *add. in mg. Ca; De eadem re add. Vo*

³ Ex - xi (xl Be) *AdBeCaMgMqPfTbVm; Item Ea; Apud – cp. xi. lxxiii Vp; *om. OaRb(with no break)SeTc, cf c. 74.*

⁴ Reum Vo

⁵ aut MgTbVm; *om. BeCaPfTc*

⁶ vel ad *CaMgPfVm; aut ad Tb; vel Tc

⁷ ei CaMgTbTc; *om. Pf*

76

¹*Hilerdensi concilio*², *cap. vi*³

Nullus clericorum servum aut discipulum suum ad ecclesiam fugientem extrahere audeat vel flagellare presumat⁴. Quod si fecerit, donec digne peniteat a loco cui honorem non dedit⁵ segregetur.

ID 3. 117] +C 17 q 4 c 19a

¹ Ut nullus clericorum servum suum aut discipulum ab ecclesia vi extrahere presumat *add. in mg. Ca.*

Item (*no inscr.*) Ea; De eodem *add. Vo*; Ex *add. AdBePf, om. CaMgTbTcVo*

² Hil. conc.] conc. Ilerbensi Be

³ vi CaMgPfTbTcVo(*adding lxxiiii*); vii Vm

⁴ presumat *CaMgPfTb; *om. Tc*

⁵ dedit *BeEaMgMqOaPfTbTcVmVp; dederit BdCaCc; ?? Ad

77¹

*[Qua ratione sint reddendi inimici ad ecclesiam confugientes²]³. Ex concilio⁴
Chalcedonensi⁵, cap. v⁶*

Similiter in Maticensi⁷ sinodo decretum est, ut⁸ hi qui fugiunt suos⁹ inimicos, aut in¹⁰ ecclesiam, aut in¹¹ atrium ecclesie, aut in domum episcopi, aut in claustrum regularium, non inde abstrahantur, nisi prius supra sacra securitate accepta a persecutore, de morte, de¹² debilitate et omnium penarum genere sint securi, etiam si servi sint¹³ illorum qui eos insequuntur, ita ut ei¹⁴ cuius rei criminosi fuerint, de satisfactione conveniat¹⁵. Quod si is¹⁶ qui supra sacra prius iuraverat¹⁷ convictus fuerit iuramentum¹⁸ violasse, reus periurii a communione privetur quousque satisfaciat.

ID 3. 110] +C 17 q 4 c 32 is very remote indeed

¹ *om. EaLc; fter c 78 Vp*

² inim. ad eccl. conf. AdBeMgPfTcVm; ad eccl. conf. inim. Ca; inim. ad eccl. fugientes Vm

³ *in mg. AdBeCaMgPf Rb²Tc, in text LeMqVmVo(adding lxxv); om. OaPtTbVp*

⁴ concilio CaMgPfTbTc; eodem Vm

⁵ Chalcedonum Tb; Maticense Vo

⁶ v *AdCaMgPfTb; vi BeTc

⁷ Maticensi BeTb; Maticensi AdVoVp; Maticense CaMgMqRb; Manticensi Pf; Matizensi Tc

⁸ ut *MgPfTbTc; aut Ca

⁹ suos *CaMgPfTb; *om. Tc*

¹⁰ in *CaMgPfTb; ad Tc

¹¹ in *CaMgPfTb; ad Tc

¹² de MgTbTc; *om. Pf; et Ca*

¹³ servi sint *MgPfTbTc; sint servi Ca

¹⁴ ei *CaMgPfTb; eis Tc

¹⁵ -iat *CaPfTb; iant MgTc

¹⁶ is *MgTb; his CaPfTc

¹⁷ iuraverat *CaPfTbTc; intraverat Mg

¹⁸ iuramentum *AdCaMgTbTc; sacramentum Pf

78¹

[*De his qui ad ecclesiam confugientibus iniuriam faciunt*²]³. *Ex concilio Toletano, cap.*⁴ *xii*⁵

Pro his qui quolibet⁶ metu vel terrore ecclesiam appetunt, consentiente pariter ac iubente domino nostro Ervigio rege, hoc sanctum concilium definivit ut nullus audeat confugientes ad ecclesiam⁷ residentes inde abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis vel dampni seu spoliationis residentibus in loco sancto inferre, sed esse potius his ipsis qui ecclesiam petunt per omnia licitum intra triginta passus⁸ ab ecclesie ianuis progredi, in quibus triginta passibus uniuscuiusque ecclesie in toto circuitu reverentia defendantur⁹. Sic tamen ut hi qui ad eam confugiunt, in extraneis vel longe separatis ab ecclesia¹⁰ domibus nullo modo abscedant¹¹, sed in hoc sancto triginta passuum numero absque domorum extraneorum receptaculo progredientes, aditum obtinebunt, ut adquisite¹² nature usum debitis¹³ exeant locis, et nullo teneantur eventu necessitudinis¹⁴, qui se dominicis defendendos commiserunt claustris. Si quis autem hoc decretum violare temptaverit, ecclesiastice excommunicationi subiaceat, et severitatis regie feriatur sententia. Ipsos tamen qui ad ecclesiam confugium fecerunt, si iuxta priscorum canonum¹⁵ instituta hi qui eos repetunt¹⁶ sacramenta reddiderunt¹⁷, et sacerdos ecclesie ipsius ab ecclesie non abstraxerit¹⁸ foribus, aut fuga talium si

¹ *om. Lc*

² *faciunt Mg; fugiunt Pf*

³ *in mg. MgPf Rb²; De his qui confugium ad ecclesiam faciunt in text Ca(after cap. xii)VmVo(adding lxxvi); De his qui ad – faciunt et de his qui ad ecclesiam confugiunt in text Ea(no inscr.); De his qui ad ecclesiam confugiunt Be(mg.)Sf; De his qui ad eccl. confugientibus nocte in black, with De his qui ad eccl. confugientibus again in red after insc. Mq; om. AdOaPfTbTcVp*

⁴ *cap. PfTbTc; om. AdCaMgOaVo*

⁵ *cap. xii om. Be*

⁶ *quolibet *CaMgTbTc; quolibet Pf*

⁷ *conf. ad eccl. *AdCaMgPf; ad eccl. conf. Tb; conf. ad eccl. vel Tc*

⁸ *trig. pass. *CaMgPfTb; pass. trig. Tc*

⁹ *-antur *MgPf; -atur CaTbTc*

¹⁰ *-esia CaMgTbTc; -esie Pf*

¹¹ *abscedant *BeMgPfTb; accedant CaCcTc*

¹² *adquisite AdBeOaPfVo; ad requisite CaCc; ad exquisite Mg; ad quesite Mq; ad cogentis Tb; ad Tc*

¹³ *debitis *MgPfTbTc; debeant Ca*

¹⁴ *necessitudinis *CaMgPfTc; necessitatis Tb*

¹⁵ *prisc. can. *CaMgPfTb; can. prisc. Tc*

¹⁶ *corr. fr. ? in mg. Ad*

¹⁷ *-erunt MgPfTb; -erint CaTc*

¹⁸ *abstr- *CaMgPfTb; extr- Tc*

evenierit sacerdoti¹⁹ querenda est, aut dampnorum²⁰ sententia, secundum electionem principis huiusmodi²¹ sacerdotibus irroganda.

ID 3.121] +C 17 q 4 c 35, with beg. abbreviated

¹⁹ sacerdoti *CaMgPfTb; om. Tc

²⁰ dampnorum *BeCaMqOaRbTbVm; dampnatorum AdMgPfTc; dominorum (?) Vo

²¹ in mg. Tb

79

[Quod modis fiat sacrilegium]¹. Iohannes VIII² in libro Gotice³ legis

⁴Sacrilegium enim committitur si quis infregerit ecclesiam vel triginta ecclesiasticos passus⁵ qui in circuitu ecclesie fuerint, vel in domibus que infra predictos passus fuerint⁶, aliquid inde diripiendo⁷ vel auferendo, seu qui⁸ iniuriam vel ablationem⁹ rerum intulerit¹⁰ clericis arma non ferentibus vel monachis sive Deo devotis omnibus ecclesiasticis personis. Non¹¹ enim capelle que infra ambitum murorum castellorum sunt, mittuntur vel¹² ponuntur in hac observatione. Similiter etiam sacrilegium committitur, auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro¹³, sive sacrum de non sacro¹⁴. Non sacrum vero de non¹⁵ sacro¹⁶, quia¹⁷ non potest computari in crimine sacrilegii, secundum mundanarum legum censuram debet emendari, vel secundum morem¹⁸ patrie.

ID 3. 98c] +C 17 q 4 c 21 med., var.

¹ Quod (Quot AdTc) – sacr. in mg. AdBePf Rb²Tc; in text Ea(no inscr.)LeMgSfVmVo(adding lxxvii); xvii. De sacrilegio in mg. Bd²; De sacrilegio. Quod modis - sacr. in mg. CaMg; De sacrilegio Vp; om. OaPtTb. viiii in mg. Be²

² VIII *AdBePfPtTbTc; IX Ca; XI Mg; VII Vm; nonus octavus Vp

³ Gotice *AdCaMgPfTbVm; Geotice OaTc; Cotire Sf

⁴ Sic add. Pk

⁵ eccl. pass. *CaMgPfTb; pass. eccl. Tc

⁶ vel in domibus - passus fuerint *AdCaCcMgPfTb; om. Tc

⁷ inde dirip. *CaMgPfTb; dirip. inde Tc

⁸ qui *CaMgTbTc; om. Pf

⁹ abl- CaMgTbTc; obl- Pf

¹⁰ -erit *CaMgPfTb; -erint Tc

¹¹ Non *CaMgPfTb; Neque Tc

¹² mittuntur vel *CaMgPfTb; om. Tc

¹³ non sac. de sac. *MgPfTbTc; sac. de non sac. Ca

¹⁴ sac. de non sac. *MgPfTbTc; non sac. de sac. Ca

¹⁵ non CaMgPfTbTc; om. Vm

¹⁶ non sacrum – sacro ss Ad²

¹⁷ quia *BeCaTcVo; quia quod AdMgMqTbVm; quod Pf

¹⁸ morem *CaMgPfTb; legem Tc

80¹

[Que² sit lex sacrilegii]³. Idem in eodem libro⁴

Inspectis legibus Romanis ubi habebatur de sacrilegiis, invenimus ibi a Iustiniano imperatore legem compositionis sacrilegii constitutam, scilicet in quinque libras auri optimi. Sed nos leviolem legem precipimus esse tenendam, que a Carolo est⁵ constituta pio principe de compositione sacrilegii⁶, videlicet in triginta libras argenti examinati, id est sexcentorum solidorum summam⁷ argenti purissimi. Ideoque quisquis inventus fuerit reus sacrilegii, istam leviolem⁸ compositionem emendet⁹ ipsis episcopis vel abbatibus, sive personis¹⁰ ad quos querimonia sacrilegii iuste pertinuerit. Et si ipse reus sacrilegii¹¹ facere noluerit, tandiu excommunicationi subiaceat usque quo¹² predictam compositionem sexcentorum solidorum persolvat. Et si¹³ in hac obstinatione mortuus fuerit, corpus eius cum psalmis et himnis non deferatur ad sepulturam. Et precipimus ut in fine codicis mundane legis scribatur hec lex¹⁴.

Hucusque lex pape.

ID 3. 98b]

¹ om. EaLcOa

² Que AdCaMgPfTc; Quid Vm

³ in mg. AdBeCaMgPf Rb²Tc, in text LeMqPtVmVo(adding lxxviii); om. TbVp

⁴ Idem in eod. lib. EgPfVo; Iohannes VIII in libro Gotice legis AdCaMgMqSfTb; Item in eodem Be; Idem ibidem Pt; Item in lib. eod. Tc; Idem in eodem Vp

⁵ a Carolo est *CaMgPfTb; est a Carolo Tc

⁶ sacrilegii *MgPfTbTc; om. Ca

⁷ summam *CaMgPfTb; om. Tc

⁸ leviolem AdCaPfTb; levem Tc; leniorem Mg

⁹ et add. Mg, om. *CaPfTbTc

¹⁰ personis *Ca²MgPfTc; perponis ? Ca; sanctis Tb

¹¹ reus sac. *CaMgPfTb; sac. reus Tc

¹² usque quo *AdMgPfTb; quousque Tc; usque post Ca

¹³ ss Tb

¹⁴ que sic incipit add. Vp

81

[Quot¹ passus habeat atrium maioris ecclesie, quot² minoris]³. Ex concilio

Antioceno⁴, cap. v⁵

¹ Quod Mg

² quod Mg

³ in mg. AdBeCaMgPf Rb²Tc; in text Ea(no inscr.)LeMqSfVmVo(adding lxxviii); Quot (corr. fr. quod) passus habeat atrium ecclesie Pt; om. OaTbVp

⁴ Antioceno *AdBeCaEgMgTb; Agatensi PfTc; Anticeno Sf

⁵ v *AdBeCaEgMgPfTbVo; x Tc (this is properly the insc. to ID 3.103); i Vm. cap. v om. Pt

Nicholaus episcopis omnibus. Sicut antiquitus a sanctis patribus statutum⁶ est, statuimus ita ut maior ecclesia per circuitum sexaginta⁷ passus habeat, capelle vero vel⁸ minores ecclesie, triginta. Qui autem confinium eorum⁹ confringere¹⁰ temptaverit, aut personam hominis vel bona eius inde abstraxerit, nisi publicus latro fuerit, quousque emendet¹¹ et quod rapuerat¹² reddat¹³, excommunicetur.

